

**Bijlage VWO
2016**

tijdvak 1

Latijn

Tekstboekje

Tekst 1

De vlucht uit Troje

710 “De kleine Julius moet
711 mij vergezellen en mijn vrouw moet ons op afstand volgen.
712 En jullie die in dienst zijn hier, hoor goed naar wat ik zeg:
713 er is, als je de stad uit komt, een heuvel met een oud,
714 vrij eenzaam Ceresheiligdom, daarnaast een hoogbejaarde
715 cipres, reeds lang door onze vrome vaderen vereerd.
716 Dat is waar wij elkaar straks zien, elk langs zijn eigen pad.
717 U, vader, neem de godenrelikwieën, de Penaten
718 van onze stad: ik die zojuist aan zoveel bloed en strijd
719 ontsnapt ben, mag ze niet in handen nemen, vóórdat water
720 uit een rivier ze heeft gereinigd.”
721 Haec fatus latos umeros subiectaque colla
722 veste super fulvique insternor pelle leonis,
723 succedoque oneri; dextrae se parvus Iulus
724 implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;
725 pone subit coniunx. Ferimus per opaca locorum,
726 et me, quem dudum non ulla innecta movebant
727 tela neque adverso glomerati examine Grai,
728 nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
729 suspensum et pariter comitique onerique timentem.
730 Iamque propinquabam portis omnemque videbar
731 evasisse viam, subito cum creber ad aures
732 visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
733 prospiciens ‘Nate,’ exclamat, ‘fuge, nate; propinquant.
734 Ardentes clipeos atque aera micantia cerno.’
735 Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
736 confusam eripuit mentem. Namque avia cursu
737 dum sequor et nota excedo regione viarum,
738 heu misero coniunx fatone erepta Creusa
739 substitit, erravitne via seu lapsa resedit,

740 incertum; nec post oculis est redditia nostris.
741 Nec prius amissam respexi animumve reflexi
742 quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam
743 venimus: hic demum collectis omnibus una
744 defuit, et comites natumque virumque fefellit.
745 Quem non incusavi amens hominumque deorumque,
746 aut quid in eversa vidi crudelius urbe?
747 Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penates
748 commendo sociis et curva valle recondo;
749 ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis.
750 Stat casus renovare omnes omnemque reverti
751 per Troiam et rursus caput obiectare periclis.
752 Principio muros obscuraque limina portae,
753 qua gressum extuleram, repeto et vestigia retro
754 observata sequor per noctem et lumine lustro:
755 horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.
756 Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
757 me refero: inruerant Danai et tectum omne tenebant.
758 Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
759 volvitur; exsuperant flammae, fuit aestus ad auras.

Vergilius, Aeneis 2.710-759

Tekst 2

Aankomst in Latium

5 At pius exsequiis Aeneas rite solutis,
6 aggere composito tumuli, postquam altaquierunt
7 aequora, tendit iter velis portumque relinquit.
8 Aspirant aurae in noctem nec candida cursus
9 luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
10 Proxima Circaeae raduntur litora terrae,
11 dives inaccessos ubi Solis filia lucos

12 adsiduo resonat cantu, tectisque superbis
13 urit odoratam nocturna in lumina cedrum
14 arguto tenues percurrentes pectine telas.
15 Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
16 vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
17 saetigerique sues atque in praesepibus ursi
18 saevire ac formae magnorum ululare luporum,
19 quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
20 induerat Circe in vultus ac terga ferarum.
21 Quae ne monstra pii paterentur talia Troes
22 delati in portus neu litora dira subirent,
23 Neptunus ventis implevit vela secundis,
24 atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.
25 Iamque rubescet radiis mare et aethere ab alto
26 Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
27 cum venti posuere omnisque repente resedit
28 flatus, et in lento luctantur marmore tonsae.
29 Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
30 prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno
31 verticibus rapidis et multa flavus harena
32 in mare prorumpit. Variae circumque supraque
33 adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
34 aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
35 Flectere iter sociis terraeque advertere proras
36 imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Vergilius, Aeneis 7.5-36

Tekst 3

In de Odyssee van Homerus vertelt Odysseus dat zijn mannen op verkenning gingen in het land van Circe.

- 1 Al gauw ontdekten zij in een dal op een beschutte plek het paleis van
- 2 Circe, van gladde steen gebouwd. Eromheen waren wolven en leeuwen,
- 3 door haar boze kruiden tot die gedaante betoverd. Zij vielen mijn mannen
- 4 niet aan, maar kwamen overeind kwispelend met hun lange staarten,
- 5 zoals honden kwispelen rondom hun meester, als hij van tafel komt; want
- 6 altijd brengt hij iets lekkers voor hen mee. Zo omringden hen al
- 7 kwispelstaartend de sterkklauwige leeuwen en wolven. Zij werden bang
- 8 op het zien van de vreselijke monsters. Voor de poort bleven zij staan en
- 9 zij hoorden Circe binnen zingen met schone stem, terwijl zij aan een groot
- 10 getouw een onvergankelijk weefsel weefde, fijn en bekoorlijk en prachtig
- 11 zoals de werken van goden zijn.

Homerus, Odyssee 10.210-223

Tekst 4

- 1 Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris
- 2 Italiam fato profugus Laviniaque venit
- 3 litora, multum ille et terris iactatus et alto
- 4 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,
- 5 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
- 6 inferretque deos Latio; genus unde Latinum
- 7 Albanique patres atque altae moenia Romae.

Vergilius, Aeneis 1.1-7

Tekst 5

Aeneas doet in Carthago aan Dido verslag van zijn zwerftocht. Hij vertelt haar dat hij tijdens zijn verblijf op Kreta een droom had gehad op grond waarvan zijn vader Anchises concludeerde dat de Trojanen hun reis moesten vervolgen naar Italië.

Onderstaande tekst beschrijft hoe de Trojanen, op enkele makkers na, van Kreta vertrokken en hoe hun tocht over zee verliep.

- 189 Sic ait et cuncti dicto paremus ovantes.
190 Hanc quoque deserimus sedem paucisque relicts
191 vela damus vastumque cava trabe currimus aequor.
192 Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
193 apparent terrae — caelum undique et undique pontus —,
194 tum mihi caeruleus supra caput astitit imber
195 noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris.
196 Continuo venti volvunt mare magnaque surgunt
197 aequora; dispersi iactamur gurgite vasto.
198 Involvere diem nimbi et nox umida caelum
199 abstulit; ingeminant abruptis nubibus ignes.
200 Excutimur cursu et caecis erramus in undis.
201 Ipse diem noctemque negat discernere caelo
202 nec meminisse viae media Palinurus in unda.
203 Tres adeo incertos caeca caligine soles
204 erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

Vergilius, Aeneis 3. 189-204

Aantekeningen

- regel 189 **ait** onderwerp: Anchises
regel 190 **Hanc sedem** Hiermee wordt Kreta bedoeld
 paucis Vul aan: **sociis**
regel 192 **teneo** bereiken
 ratis, -is schip
 amplius Onvertaald laten
regel 195 **tenebris** Lees: **in tenebris**
regel 196 **Continuo** meteen
 volvo opstuwen
regel 197 **gurses, gurgitis** zee

<i>regel 198</i>	Involvere = Involverunt
<i>regel 199</i>	ingeminant ignes bliksemschichten volgden elkaar snel op
	abrumpo openscheuren
<i>regel 201</i>	Ipse Verbind met Palinurus (<i>regel 202</i>)
	nego zeggen dat niet
	caelo Lees: in caelo
<i>regel 202</i>	nec Lees: et negat
	memini viae zich kunnen oriënteren
<i>regel 203</i>	Tres adeo soles drie lange dagen